



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Hermannii Conringii De Pace Civili Inter Imperii Ordines
Religione Dissidentes Perpetuo Conservanda Libri Duo**

Conring, Hermann

Francofurti ; Lipsiae ; Wittebergae, 1680

Ad V. Ecclesiasticorum obligatio & Fundatorum intentio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9585

nec immediatè Imperio subsiceat: hac namque urgente gravi ne-
cessitate vel causâ videntur (autoritate tamen Ecclesiasticâ) con-
cedi, aut vendi posse hereticis; cum enim hi locis nec tale quidem
jus, quale PAX Religionis tribueretur singitur, in Religionem compe-
tat, nullum hereticis traditur.

*Ad V.**Ecclesiasticorum obligatio & Funda-*
torum intentio.

Resp. Episcopos aliosque Ecclesiasticos obligationi suæ &
 Fundatorum intentioni satis facere, si legitima autoritate,
 & causâ exigente, thesauros Ecclesiarum partemque fructuum,
 prompte & liberaliter in subsidium Religionis & Imperii con-
 ferant. Ad Ecclesias verò & animas hæresi ac diabolo seu tra-
 dendas, seu prodendas, non solum non obligari, sed salvâ obli-
 gatione & Fundatorum intentione in id consentire non posse.

*Ad VI.**Necessitas facit omnia communia.*

Resp. Bonorum temporalium divisionem & appropriationem
 ex jure humano procedere, non autem curam & salutem ani-
 marum. Quare necessitas illas communes non facit, ut cum
 pagis, prædiis, oppidis in discrimen fidei & salutis conjici pos-
 fint. Neque jura Religionis & Ecclesiæ, quibus subditi & bo-
 na Ecclesiarum subjiciuntur, potestas Secularis intra sphæram
 suam continet; ut adeò in illum recidere non possint, sub quâ
 nunquam fuerant. Quis fructus sequatur ex eo, quod sub pal-
 lio necessitatis publicæ bona Dei attrectentur, & in redemptio-
 nem Pacis impendantur, docet dolenda proximè elapsi sæcu-
 li experientia. Et notat Matth. Tymp. in Speculo boni Ma-
 gistratus sig. 71. argm. i § Eadem inhumanitas circa fin. Et
 argm. 6. Licet hæretici Catholicique nominales à multis
 annis quidquid potuerunt detraxerint Ecclesiasticis, eoque
 de facto contra data olim privilegia gravarint, quod tamen